Postremo quænam inquisitionis ratio in terris catholicis sit retinenda, quam difficile sit Ecclesiæ exigendum, quibus in rebus propter multitudinem hæreticorum dissimulari possit, quibus officijs, auctoritate industria, ope iuvari possint, et debeant. primum Catholici, ne cadant hæretici, qui subditi sunt catholicorum Principum sacrificant. Præsertim protestantes ut ne hæreticis faveant, et ne eorum ~~dost~~ dogmata retineant: Haeseiarcas ut compescantur. reliqui hæretici, ut resipiscant, ad hæc toto animo incumbes congregatio in christo Jesu.

Postulat autem negocij magnitudo, et difficultas ut si unquam alias, nunc potissimum concedat S. D. N. Jubileum universale quale solet a Sede Ap.ca indulgeri magna aliqua ex causa. Exhortetur ceos, ac iubeat omnes fideles ut quam potesunt devotissime orent, atq; obsecrent Dei omnipotentis infinitam bonitatem, ac misericordiam ut consilium S. D. N. et institutæ congregationis, atq; actiones omnes ad optatum finem perducat in Xpo Jesu Dño nro.

Et

Et hæc quidem videntur primum ~~in Dno~~ sensi tractanda, ac procuranda in Chr.o tantisper, donec cesserit S. D. N. nullam esse viam huic benignitati, atq; æquitati relictam propter hæreticorum pertinaciam: quod ubi indicaret, ibi alia rationes restituendæ Germaniæ essent instituendæ, atq; ineundæ magnæ spe in Xpm Jesu denuo concepta, magno etiam animo in eius divina, atq; infinita virtute. Ceterum quod ad aliarum nationum hæreticos attinet non solum nihil de communi iure ecclesiastico (quod de hæreticis sancitum est) detrahendum, vel diminuendum videtur: sed gravius etiam, atq; districtius esse observandum in Domino.